crescunt rebarbare copiose quod ibi emitur a merca
toribus et inde portatur per totum mundum. Seri vivunt
de fructibus terre et mercatoribus suorum et sunt ydolatre.
Principalior civitas huius provincie vocatur Campicion
et est civitas magna et nobilis. Ibi sunt multa mo
nasteria et abbacie ydolorum quorum monachi suam
legem secte sue servantes vivunt multum honeste et
caste. Sunt eciam ibi tres pulchre ecclesie christianorum
et magne. Sunt eciam ibi multi de lege machometi
et subsunt tartharis. De rege p'anni

Tarthari omnes erant sub dominio regis qui
vocabatur p'anni potentissimus rex qui videns
eos multiplicari et in pascuis commorari. Unde
divites fiebant timens eos rebellaturos cum non
esset de eorum gente. Mandavit dividi et dispergi
per regna. Tartari autem sentientes mandatum de eius
regno exeuntes et in locis tutioribus congregati
regem desuper nomine Cinguis virum sapientem
et industrium et probum in armis in suum regem et dominum
coronaverunt. Qui congregans infinita multitudine
undique tartharorum misit ad p'anni rogans affici
gener eius quod eius despectis precibus tamquam suum
servum suum rebellem appellans minatus est per scripturas